Nº. 12

A 2. P. 1. N. 12

E. B. 5. 1. 14

Manca il Frontespizio.

KL Januarius habet dies. xxxj.
Luna vero. xxx.

a Januar. Circumcisio domini.
b iiii no Octa sci stephani prothomartiris.
c iii no Octa sci iohannis.
d ii no Octa scorum innocentium.
e nonas vig.
f viii id Epyphania domini.
g vii id
a vi id
b v id
c iiii id Sci pauli primi heremite.
d iii id Sci iginij pp et mris.
e ii id
f ydibus Sci ylarij epi et confessoris.
g xix kl Sci felicis impinciis pbri et mr.

334

a xviii kl' Sci mauri abbatis
b xvii kl' Sci marcelli pp et mris.
c xvi kl' Sci antonii abbatis.
d xv kl' Sce prisce uirginis et m.
e xiiii kl' Sci marii cu sotiis suis
f xiii kl' Scor fabiani et sebastiani.
g xii kl' Sce agnetis uirginis et m.
a xi kl' Scor uincentii et anastasii.
b x kl' Sce emerentiane uirg et m
c ix kl' Sci feliciani epi et mris.
d viii kl' Conuersio sci pauli.
e vii kl'
f vi kl'
g v kl' Octa sce agnetis.
iiii kl'
b iii kl'
c ii kl' Sci geminiani epi et mris

KL Februarius ht dies. xxviii.
Luna uero. xxviiii.
d Februa' Sce brigide uirginis.
e iiii no' Purificatio sce marie.
f iii no' Sci blasii epi et mris.
g ii no'
a nonas Sce agathe uirg et mris.
b viii id'
c vii id'
d vi id'
e v id' Sce appollonie uirg et mris
f iiii id' Sce scolastice uirginis et m
g iii id'
a ii id'
b ydus
c xvi kl' Sci ualentini mris.

d xv kl' Scorum faustini et iovite. m.
e xiiii kl'
f xiii kl'
g xii kl'
a xi kl'
b x kl'
c ix kl'
d viii kl' Cathedra sci petri.
e vii kl' Vigil.
f vi kl' Sci mathie apostoli.
g v kl'
a iiii kl'
b iii kl'
c ii kl'

KL Martius ht dies xxxi.
Luna vero xxix.

d Martius
e vi no
f v no
g iiii no
a iii no
b ii no
c nonas
d viii id
e vii id Scorum quadraginta mrm.
f vi id
g v id
a iiii id Sci gregorii pp.
b iii id
c ii id

d ydus
e xvii kl
f xvi kl
g xv kl
a xiiii kl
b xiii kl
c xii kl Sci benedicti abbatis.
d xi kl
e x kl
f ix kl Vigilia.
g viii kl Annuntiatio bte marie.
a vii kl
b vi kl
c v kl
d iiii kl
e iii kl
f ii kl

KL Aprilis ht dies. xxx.
Luna vero. xxix.

g Aprilis
a iiii no
b iii no
c ii no
d nonas
e viii id Sci celestini pp.
f vii id
g vi id
a v id
b iiii id
c iii id
d ii id
e ydus
f xviii kl Scoz tiburtij et ualeriani.

g xvii kl.
a xvi kl.
b xv kl. Sci aniceti pp. et mris.
c xiiii kl.
d xiii kl.
e xii kl.
f xi kl.
g x kl. Scorum mrm sotheris et gaii.
a ix kl.
b viii kl. Sci georgii mris.
c vii kl. Sci marci euangeliste.
d vi kl. Scorum mrz cleti et marcellini
e v kl.
f iiii kl. Sci uitalis mris.
g iii kl. Sci petri mris.
a ii kl. Sci eutropii epi et mris.

KL Madius hт dies. xxxi.
Luna uero. xxx. vigilia.
b Madii. Philippi et iacobi aplorum.
c vi no.
d v no. Inuentio sce crucis.
e iiii no. Sce monice.
f iii no.
g ii no. Sci iohis ante portam latinam.
a nonas
b viii id. Sci uictoris mris. et apparitio
c vii id. sancti michaelis.
d vi id. Scor. mrm gordiani et epymachi
e v id. Sci pancratii mris.
f iiii id.
g iii id.
a ii id. Sci bonifatii mris.

b ydus
c xvii kl
d xvi kl
e xv kl
f xiiii kl Scē potentiane uirginis.
g xiii kl Scī bernardini ↄfessoris.
a xii kl
b xi kl Scē iulie uirginis et mris
c x kl
d ix kl
e viii kl Scī çenobij epi ↄ ↄfessoris
f vii kl Scī eleutherij pp et mris.
g vi kl Scī iohannis pp ↄ mris.
a v kl
b iiii kl
c iii kl Scī felicis pp et mris.
d ii kl Scē petronille uirginis.

KL Iunius ht dies. xxx.
Luna uero. xxix.

e Iunius
f iiii no
g iii no Scī herasimi mris.
a ii no
b nonas
c viii id Scē ualerie uirginis.
d vii id
e vi id
f v id Scōrum primi ↄ feliciani. mr.
g iiii id
a iii id Scī barnabe apostoli.
b ii id Scōrū naçarij et naboris. mr.
c ydus Scī antonij ↄfessoris.
d xviii kl

c xvii kl' Scorum viti et modesti . M
f xvi kl'
g xv kl'
a xiiii kl'
b xiii kl' Scorum geruasii et prothasii .
c xii kl'
d xi kl'
e x kl' Sci paulini epi et confessoris .
f ix kl' vigilia .
g viii kl' Natiuitas sci iohis bapte
a vii kl'
b vi kl' Scorum mrm iohis et pauli .
c v kl'
d iiii kl' vigilia .
e iii kl' Apostolorum petri et pauli .
f ii kl' Commemoratio sci pauli

KL Julius ht dies . xxxi .
Luna uero . xxx .
g Julius Octa sci iohis baptiste .
a vi no Visitatio bte marie uirginis .
b v no
c iiii no
d iii no
e ii no Octa aplorum pet et pauli
f nonas
g viii id
a vii id
b vi id Scorum septem fratrum .
c v id
b iiii id Sci anacleti pp et mris .
c iii id
d ii id

g ydus
a xvii kl' Scorum quirici et iulite
b xvi kl'
c xv kl'
d xiiii kl'
e xiii kl' Sce margarite uirgis et m.
f xii kl' Sce praxedis uirginis.
g xi kl' Sce marie magdalene.
a x kl' Sci appollinaris epi et m.
b ix kl' vigilia.
c viii kl' Sci iacobi apli. et sci xpofori.
d vii kl' Sce anne.
e vi kl'
f v kl' Scorum mrm naçarii et celsi.
g iiii kl' Sci felicis pp et mris.
a iii kl' Scorum mrm abdon et senen.
b ii kl' Sci germani epi.

KL Augustus hit dies. xxxi.
Luna uero. xxix.

c Augusti. Sci petri a uincula.
d iiii no Sci stephani.
e iii no Inuentio corporis sci stephi.
f ii no
g nonas Sce marie ad niues.
a viii id Sci sixti pp et mris.
b vii id Sci donati epi et mris.
c vi id
d v id Sci romani mris. vigilia.
e iiii id Sci laurentii mris.
f iii id
g ii id Sce clare uirginis.
a ydus Sci ypoliti et sociorum eius.
b xix kl' Vigilia.

c xviii kl' Assumptio bte marie virg.
d xvii kl' Octa sci laurentij.
e xvi kl' Sci agapiti mris.
f xv kl' Sci lutdouici epi et cf.
g xiiii kl' Sci bernardi abbatis.
a xiii kl'
b xii kl'
c xi kl' Octa sce marie.
d x kl' vigilia.
e ix kl' Sci bartholomei apostoli.
f viii kl' Sci ludouici regis franchorum.
g vii kl' Sci alesandri mris.
a vi kl'
b v kl' Sci augustini epi et confessoris.
c iiii kl' Decollatio sci iohis bapte.
d iii kl' Scorum mrm felicis et audacti.
e ii kl'

KL September ht dies. xxx.
Luna uero. xxx.
f Septēb Sci egidij abbatis.
g iiii no' Sci antonini mris.
a iii no'
b ii no'
c nonas
d viii id'
e vii id'
f vi id' Natiuitas sce marie.
g v id' Sci gorgonij mris.
a iiii id'
b iii id' Scorū prothi et iacincti. ms
c ii id'
d ydus
e xviii kl' Exaltatio sce crucis.

f xvii kl's
g xvi kl' Scē eufemie mr̄is.
a xv kl'
b xiiii kl'
c xiii kl'
d xii kl' vigilia.
e xi kl' Scī mathei apli.
f x kl'
g ix kl' Scī lini pp̄ et mr̄is.
a viii kl'
b vii kl'
c vi kl' Scē iustine virginis.
d v kl' Scōrū cosme et damiani
e iiii kl'
f iii kl' Dedicatio scī michaelis.
g ii kl' Scī ieronimi pbri.

KL Octuber ht dies xxxi.
Luna vero xxix
a Octub Scī remigii epi.
b vi no
c v no
d iiii no Scī francisci confessoris.
e iii no
f ii no Scī cerbonis epi et confess.
g nonas Scī marci pp̄.
a viii id
b vii id Scī donini cū sociis suis.
c vi id
d v id
e iiii id
f iii id
g ii id Scī calisti pp̄ et mr̄is.

a ydus.
b xvii kl' Sci galli abbatis.
c xvi kl'
d xv kl' Sci luce euangeliste.
e xiiii kl'
f xiii kl'
g xii kl' Scarum undecim milia uirginum.
a xi kl'
b x kl'
c ix kl'
d viii kl' Sci miniatis mris.
e vii kl' Sci euaristi pp mris.
f vi kl' Vigilia.
g v kl' Aplorum simonis et iude.
a iiii kl'
b iii kl'
c ii kl' Vigilia.

KL Nouember ht dies. xxx.
Luna uero. xxix.
d Noub. Festiuitas omnium scorum
e iiii no' Comemoratio omnium defunctorum
f iii no'
g ii no' Scorum mrm uitalis et agricole
a nonas
b viii id' Sci leonardi confessoris.
c vii id'
d vi id' Scorum quatuor coronatorum.
e v id' Sci saluatoris.
f iiii id'
g iii id' Sci martini epi et confess.
a ii id' Sci martini pp et mris.
b ydus Sci brictii epi.
c xviii kl'

d xvii kl
e xvi kl
f xv kl
g xiiii kl Dedicatio basilice petri et pauli.
a xiii kl Sce helisabeth.
b xii kl
c xi kl
d x kl Sce cecilie uirginis et martiris
e ix kl Sci clementis pp et martiris.
f viii kl
g vii kl Sce catherine uirginis et martiris
a vi kl
b v kl
c iiii kl
d iii kl Sci saturnini martiris. Vigilia
e ii kl Sci andree apostoli.

KL December habet dies. xxxi.
Luna uero. xxix.

f Decemb
g iiii no Sce bibiane uirginis.
a iii no
b ii no Sce barbare uirginis.
c nonas
d viii id Sci nicholai epi et confess
e vii id Sci ambrosii epi et confess.
f vi id Conceptio bte marie uirg.
g v id
a iiii id
b iii id Sci damasii pp et confessor
c ii id
d ydibus. Sce lucie uirginis et martiris
e xix kl.

f xviii kl.
g xvii kl
a xvi kl
b xv kl
c xiiii kl
d xiii kl vigilia.
e xii kl Sci thome apostoli.
f xi kl
g x kl
a ix kl vigilia.
b viii kl Natiuitas dni nri yhu xpi.
c vii kl Sci stephani prothomris
d vi kl Sci iohannis euangeliste.
e v kl Scorum innocentium.
f iiii kl Sci thome archiepi et mris
g iii kl
a ii kl Sci siluestri pp et confessoris.

Incipit offm bte marie virginis secundum consuetudinem romane ecclesie. Ad matut. V. D[omine] labia mea aperies. R. Et.

os meū annunciabit laudem tuam. ℣. Deus in adiutorium meū intende.
℟. Domine ad adiuvandum me festina. ℣. Gloria pri et filio et spūi sc̄o.
℟. Sicut erat i principio et nunc et semp et in secula seculorū. ℟. Amen.
Alleluya. Notandū q a septuagesima usq; ad pascha loco. Alleluya.

dicit. ℟. Laus tibi dn̄e rex eterne glorie. Invitatorium. Aue maria gr̄a plena. dominus tecum. ℟. Aue maria gr̄a plena dn̄s tecū. ps.

Venite exultemus domino. iubilemus deo salutari nostro. preoccupemus faciem eius i confessione et in psalmis iubilemus ei. Aue maria gr̄a plena dominus tecum.

Quoniam deus magnus dominus et rex magnus super omnes deos. quoniam non repellet dominus plebem suam quia in manu eius sunt omnes fines terre et altitudines montium ipse conspicit. Dominus tecum. Quoniam ipsius est mare et ipse fecit illud et aridam fundauerunt manus eius. uenite ado

remus et procidamus ante deum ploremus coram domino qui fecit nos quia ipse est dominus deus noster nos autem populus eius et oues pascue eius.
Aue maria gratia plena. dominus tecum. Hodie si uocem eius audieritis nolite obdurare corda uestra sicut in exacerbatione secundum diem temptationis in de

serto. ubi temptauerunt
me patres uestri proba
uerunt et uiderunt opera
mea. Dominus tecū. Qua
draginta annis proxim⁹
fui generationi huic et di
xi semp hij errant corde.
ipsi uero non cognouerūt
uias meas quibus iura
ui in ira mea si introibūt
in requiem meam. Aue
maria gr̄a plena. dominus

tecum. Gloria p̄ri et filio
et sp̄ui sc̄o. sicut erat in p̄n
cipio et nunc et semp et
in secula seculorum. am̄.
Dominus tecum. Aue maria
gr̄a plena dominus tecū. ym̄.
Quem terra pontus
ethera colunt. ado
rant. predicant. trinam
regentem machinam.
claustrum marie baiu
lat. Cui luna sol et oīa

deseruiuerunt. ꝑ tempora ꝑ
fusa celi gratia. gestant
puelle uiscera Beata
mater munere cuius su
pnus artifex. mundum
pugillo continens uetris
sub archa clausus est Be
ata celi nuntio. fecunda
sc̄o spiritu. desideratus
gentibus. cuius ꝑ aluum
fusus est Gloria tibi do
mine qui natus es de ũ

gine. cum patre et sancto
spiritu. in sempiterna secu
la. amen. Sciendũ quod
tres subscripti psalmi cũ
suis antiphonis dicunt
die dominico et die lune
et die iouis. antiphona.
Benedicta tu. psalmus:
Domine dominus noster.
quam admirabile est
nomen tuum in uniuersa
terra Quoniam eleuata

est magnificentia tua
sup celos. Ex ore infan
tium et lactentium pfe
cisti laudem propter in
imicos tuos. ut destruas
inimicū et ultorē. Quo
niam uidebo celos tuos
opera digitorum tuorū
lunam et stellas que
tu fundasti. Quid est
homo qđ memor es ei⁹.
aut filius hominis qm

uisitas eum. Minui
sti eum paulominus ab
angelis. gloria et honore
coronasti eum. et consti
tuisti eum sup opa ma
nuum tuarum. Om
nia subiecisti sub pedib⁹
eius. oues et boues uni
uersas insup et pecora
campi. Uolucres celi
et pisces maris. qui p
ambulant semitas ma

nis Domine dñs nost̃.
q̃z admirabile est nomē
tuum in uniuersa terra.
Gloria pri. an Benedicta
tu in mulierib₉ et benedictus
fructus uentris tui. antph
Sicut mirra. psalmus.
Celi enarrant glo
riam dei. et opera
manuum eius annunti
at firmamentū Dies
diei eructat uerbum. et

nox nocti indicat scienti
am Non sunt loquelle
neq̃z sermones. quorum
non audiantur uoces eor
In omnem t̃ram exiuit
sonus eorū. et in fines or
bis t̃re uerba eorū In
sole posuit tabernaculū
suum. et ipe tanq̃z sponsus
procedens de thalamo suo
Exultauit ut gigas ad
currendam uiam a sūmo

celo egressio eius. Et occursus eius usque ad summum eius. nec est qui se abscondat a calore eius.
Lex domini immaculata convertens animas. testimonium domini fidele sapientiam prestans parvulis. Iustitie domini recte letificantes corda. preceptum domini lucidum illuminans oculos. Ti

mor domini sanctus permanet in seculum seculi. iudicia domini vera iustificata in semetipsa. De siderabilia super aurum et lapidem preciosum multum. et dulciora super mel et favum. Et enim servus tuus custodit ea in custodiendis illis retributio multa. Delicta quis intelligit ab occultis meis

munda me domine. et ab
alienis parce seruo tuo
Si mei non fuerint domi
nati tunc inmaculatus i
ero et emundabor adelicto
maximo Et erunt ut
complaceant eloquia ori
mei. et meditatio cordis
mei iconspectu tuo semp
Domine adiutor meus.
et redemptor meus Glo
ria pri. an Sicut mirra e

lecta odorem dedisti suauita
tis sca dei genitrix. antipha
Ante thorum. psalmus dd.
Domini est terra et ple
nitudo eius orbis ter
rarum et uniuersi qui ha
bitant in eo Quia ipse
sup maria fundauit eam.
et sup flumina preparauit
eam Quis ascendet in
montem domini. aut quis
stabit in loco sancto eius.

Innocens manibus et mundo corde qui nō accepit in vano animam suam. nec iuravit in dolo proximo suo. Hic accipiet benedictionem a domino. et misericordiam a deo salutari suo. Hec est generatio querentiū eum. querentiū faciem dei yacob. Attollite portas principes vestras. et ele

vamini porte eternales et introibit rex glorie. Quis ē iste rex glorie. dominus fortis et potēs dn̄s potens in prelio. Attollite portas principes vestras. et elevamini porte eternales. et introibit rex glorie. Quis ē iste rex glorie. dominus virtutum ipse est rex glorie. Gloria pr̄i. an.

Ante thorum huius virginis frequentate nobis dulcia cantica dragmatis. ℣. Diffusa est gratia in labiis tuis. ℟. Propterea benedixit te deus in eternum. Oratio. Pater noster. ℣. Et ne nos. ℟. Sed libera. Absolutio.

Precibus et meritis beate marie semper virginis. et omnium sanctorum perducat nos dominus ad regna celorum. ℟. Amen.

℣. Iube

℣. Iube domne benedicere. benedictio. Nos cum prole pia benedicat virgo maria. ℟. Amen. Lectio prima.

In omnibus requiem quesivi. et in hereditate domini morabor. Tunc precepit et dixit michi creator omnium. et qui creavit me requievit in tabernaculo meo. et dixit michi. In iacob inhabita

et in ysrael hereditare.
et in electis meis mitte
radices. Tu autē dn̄e
miserere nobis. ℟ Deo
grãs. ℟. Sancta et ima
culata virginitas quibus te
laudibus referam nescio. Quia
quem celi capere non poterãt
tuo gremio contulisti. ℣ Be
nedicta tu in mulieribꝫ et be
nedictus fructus ventris tui.
Quia quem celi. lectio. iii.

Et sic in syon firma
ta sum. et in ciuitate
sanctificata similiter re
quieui et in ierusalem
potestas mea. Et radi
caui in populo honorifi
cato et in partes dei mei
hereditas illius. et in ple
nitudine scōrum detentio
mea. Tu autem domine
miserere nobis. ℟ Deo
grãs. ℟ Beata es maria q̄

dominũ portasti creatorẽ mun
di. Genuisti qui te fecit et ieter
num pmanes uirgo. ℣. Aue
maria gr̃a plena dominꝰ tecũ.
Genuisti. ℟. Jube domp̄ne bene
dicere. Benedictio. Per
uirginem matrem con
cedat nobis dñs salutẽ
et pacem. ℟. Amẽ. lec. iij.
Quasi cedrus exalta
ta sum in libano. et
quasi cypressus ĩ montẽ

syon. Quasi palma ex
altata sum in cades. q̄si
plantatio rose in ierico.
Quasi oliua speciosa in
campis. et quasi platanꝰ
exaltata sum iuxta aq̄s.
Jn plateis sicut cynamo
mum et balsamum aro
matiçans odorem dedi.
Quasi mirra electa. dedi
suauitatem odoris. Tu
autem domine miserere

nobis. ℟. Deo grãs. ℟.
Felix namqꝫ es sacra uirgo mã-
ria et omni laude dignissima.
Quia ex te ortus ẽ sol iustitie
xp̃s deus nr̃. ℣. Ora pro pp̃lo
interueni pro clero intercede p
deuoto femineo sexu. sentiant
omnes tuum iuuamen quicũ
que celebrant tuam sanctam
commemorationẽ. Quia ex
te. ℣. Gloria pri. Xp̃s deus
noster. Canticum.

Te deum laudamus
te dominũ confitem̃
Te eternum p̃rem omis
terra ueneratur. Tibi
omnes angeli. tibi celi ꝛ
uniuerse potestates. Ti
bi cherubyn et seraphyn
incessabili uoce procla
mant. Sanctus. Sanctus. S cẽs
Scẽs dominus deus saba
oth. Plem sunt celi ꝛ t̃ra
maiestatis gloĩe tue. Te

gloriosus apostolorū cho
rus. Te prophetarū lau
dabilis numerus. Te
martirum candidatus.
laudat exercitus. Te
p orbem terrarum sancta
confitetur ecclesia. Pa
trem inmense maiesta
tis. Venerandum tuū
uerum et unicum filiuz.
Sanctum quoqz paracli
tum spiritum. Tu rex

glorie xpe. Tu patris se
piternus es filius. Tu
ad liberandum suscceptu
rus hominem. nō horru
isti uirginis uterū. Tu
deuicto mortis aculeo
aperuisti credentib9 re
gna celorum. Tu ad de
xteram dei. sedes i gloria
patris. Iudex crederis
esse uenturus. Te ergo
quesumus tuis famulis

subuenim quos pretioso
sanguine redemisti. Eter
na fac cum sanctis tuis in
gloria munerari. Sal
uum fac populum tuum
domine. et benedic here
ditati tue. Et rege eos
et extolle illos usque in
eternum. Per singulos
dies benedicimus te. Et
laudamus nomen tuum in
seculum et in seculum seculi.

Dignare domine die isto sine
peccato nos custodire. Mi
serere nostri domine miserere no
stri. Fiat misericordia tua domine
super nos. quemadmodum
sperauimus in te. In te domine
speraui. non confundar in eter
num. Nota quod Te deum. dicitur
omnibus diebus dominicis. preterquam in ad
uentu et lxx. usque ad pascha.
tunc enim repetitur tantum feria. dicitur
etiam in festis simplicibus et supra.
Aliis uero temporibus intermittitur.

Ad laudes. V.

Deus in adiu
torium meum
intende. R. Domine ad
adiuuandum me festina
V. Gloria patri et filio et
spiritui sancto. A. Assumpta est. R.

Dominus regnauit
decorem indutus est.
Indutus est dominus fortitu
dinem et precinxit se. Et
enim firmauit orbem terre

qui non commouebitur. Pa
rata sedes tua deus. ex tunc
a seculo tu es. Eleuaue
runt flumina domine. ele
uauerunt flumina voces
suam. Eleuauerunt flu
mina fluctus suos. a voci
bus aquarum multarum
Mirabiles elationes ma
ris. mirabilis in altis dominus
Testimonia tua credibi
lia facta sunt nimis. do

Imum tuam decet san
ctitudo domine. in lon
gitudinem dierum. Gloria
patri. an. Assumpta est ma
ria in celum gaudent angeli
laudantes benedicunt dominum.
an. Maria virgo. ps. deus.
Iubilate deo omnis
terra. servite domino
in letitia. Introite in con
spectu eius in exultati
one. Scitote quoniam

dominus ipse est deus.
ipse fecit nos et non ipsi
nos. Populus eius et
oves pascue eius. introite
portas eius in confessione:
atria eius in hymnis con
fitemini illi. Laudate
nomen eius quoniam suavis
est dominus in eternum
misericordia eius. et usque
in generatione et genera
tionem veritas eius. Gloria

pñi. An. Maria uirgo assum
pta ē ad ethereum thalamum
in quo rex regum stellato se
det solio. An. In odorem. Ps.
Deus deus meus. ad
te de luce uigilo. Si
tiuit in te anima mea. quā
multipliciter tibi et caro
mea. In terra deserta in
uia et inaquosa sic ī scō
apparui tibi. ut uiderem
uirtutem tuam ⁊ gloriaz

tuam Quoniā melior ē
misericordia tua sup uitas
labia mea laudabunt te
Sic benedicam te i uita
mea. et in nomine tuo le
uabo manus meas Si
cut adipe et pinguedine
repleatur anima mea. et
labiis exultationis lau
dabit os meū Si memō
fui tui sup stratum meuz
in matutinis meditabor ī

te quia fuisti adiutor me
us. Et in uelamēto ala
rum tuarum exultabo
adhesit anima mea post
te. me suscepit dextera
tua. Ipsi uero ī uanū
quesierūt animā meā
introibunt in inferiora
terre. tradentur ī manus
gladii partes uulpium
erunt. Rex uero letabi
tur in deo laudabuntur

omnes qui iurant ī eo:
quia obstructum est os
loquentium iniqua. Deus
misereatur nostri et benedicat nobis. illuminet
uultum suum sup nos
et misereatur nostri. Ut
cognoscamus in terra
uiam tuam. in omnibus
gentibus salutare tuum
Confiteantur tibi ppli
deus. confiteant tibi po

puli omnes. Letentur
et exultent gentes. quoni
am iudicas populos in
equitate. et gentes in terra
dirigis. Confiteantur tibi
populi deus confiteantur tibi
populi omnes. terra dedit
fructum suum. Benedi
cat nos deus deus noster.
benedicat nos deus : et
metuant eum omnes fines
terre. Gloria patri. antiphona.

In odorem

In odorem unguentorum tuorum
currimus adolescentule dilexe
runt te nimis. antiphona. Benedicta filia.
Benedicite psalmus
omnia opera domini
domino. laudate et sup
exaltate eum in secula.
Benedicite angeli domi
ni domino. benedicite ce
li domino. Benedicite
aque omnes que super
celos sunt domino. bndi

cite omnes uirtutes do
mini domino. Bene
dicite sol et luna domi
no. bñdicite stelle celi
domino. Bñdicite im
ber et ros domino. bene
dicite omnis spiritus
dei domino. Benedici
te ignis et estus domi
no. benedicite frigus ⁊
estas domino. Bene
dicite rores et pruina

domino. bñdicite gelu et
frigus domño. Bene
dicite glacies et niues
dño. benedicite noctes ⁊
dies domino. Benedi
cite lux et tenebre dño.
bñdicite fulgura ⁊ nubes
domino. Benedicat ter
ra dominũ. laudet ⁊ sup
exaltet eum i scl'a. Be
nedicite montes et col
les domino. benedicite

universa germinantia
in terra domino. Bene
dicite fontes domino. be
nedicite maria et flumi
na domino. Benedicite
cete et omnia que mouẽ
tur in aquis dño. bene
dicite oĩs uolucres ce
li domino. Benedicite
oĩs bestie et pecora dño
bñdicite filij hominum
domino. Benedicat ys

rael dominũ. laudet et
sup exaltet eum in scl'a.
Benedicite sacerdotes
domini dño. bñdicite s
ui domini dño. Bene
dicite spiritus et anime
iustorũ dño. benedicite
sci et humiles corde do
mino. Benedicite ana
nia azaria misael dño.
laudate et sup exaltate
eum in secula. Benedi

camus patrem et filiuz
cũ scõ spiritu . laudem⁹
et super exaltem⁹ eum i
secula. Benedictus es
domine i firmamento ce
li . laudabilis et gl'iosus
et sup exaltatus in secl'a .
Gloria pri . an Benedicta
filia tu a domino quia per te
fructũ uite cõmunicauimus :
an Pulcra es . psalmus .
Laudate dominũ de

celis . laudate eum i ex
celsis Laudate eum õs
angeli eius . laudate eũ
oms uirtutes eius La
udate eum sol et luna :
laudate eum oms stelle
et lumen Laudate eũ
celi celorũ . et aque que
sup celos sunt . laudent
nomẽ domini Quia
ipse dixit et facta sunt :
ipse mandauit ꝛ creata

sunt. Statuit ea in eter-
num et in seculū seculi.
preceptum posuit et nō
preteribit. Laudate do-
minū de tēra. dracones
et oīs abyssi. Ignis
grando nix glacies spi-
ritus procellarum. que
faciunt uerbum eius.
Montes et oīs colles. li-
gna fructifera et oīes
cedri. Bestie et uniūsa

pecora. serpentes et uo-
lucres pennate. Reges
terre et oīs populi. pri
cipes et oīs iudices tre
Iuuenes et uirgines se-
nes cum iunioribꝰ. lau
dent nomē domini. quia
exaltatum est nomē eiꝰ
solius. Confessio eius
sup celum et tēram : et
exaltauit cornu populi
sui. Hympnus omnibꝰ

scis eius. filij ysrael populo appropinquanti sibi Cantate domino canticum nouum. laus eius i ecclesia scorum. Letetur ysrael in eo q fecit eum. et filie syon exultent in rege suo. Laudent nomen eius i choro in tympano et psal terio psallant ei Quia beneplacitum est domi

no in populo suo. 7 exal bit mansuetos in salute Exultabunt sci i gloria. letabunt in cubilibus suis Exultationes dei in gutture eorum 7 gladij ancipites i manib eor Ad faciendam uindictam in nationib. increpati ones et in populis Ad alligandos reges eorum in compedib. et nobiles

in manicis ferreis. Ut
faciant in eis iudicium
conscriptũ. gloria hec ẽ
omnibꝫ scis eius. La
udate dominũ in scis eĩ
laudate eum in firmamen
to virtutis eius. Lau
date eum in virtutibus
eius. laudate eum secũ
dum multitudinem ma
gnitudinis eius. Lau
date eum in sono tube.

laudate eum in psalterio
et cythara. Laudate eũ
in tympano et choro. la
udate eum in cordis et
organo. Laudate euꝫ
in cimbalis benesonanti
bus. laudate eum in cim
balis iubilationis. om
nis spiritus laudet do
minum. Gloria pri. aã.
Pulcra es et decora filia ieru
salem terribilis ut castrorum

acies ordinata. Capitulū

Viderunt eam filie syon. et beatissimā predicauerunt. et regine laudauerūt eam.

℟ Deo grās. hympnus

O Gloriosa domina. excelsa sup sydera. qui te creauit prouide. lactasti sacro ubere. Quod eua tristis abstulit. tu reddis almo germine. intrent ut astra flebiles celi fenestra fcā es. Tu regis alti ianuā et porta lucis fulgida. uita data pu[er] uirginem gentes redempte plaudite. Gloria tibi domine qui natus es de uirgine cum pāre scō spiritu in sempiterna secula. ℟ Amen. ℣ Diffusa est grā in labijs tuis. ℟. Propterea

benedixit te deus in eternum

Ad benedictus. antiphona.

Beata dei genitrix. canticum

Benedictus dominus
deus ysrael. quia
uisitauit et fecit redem
ptionem plebis sue. Et
erexit cornu salutis no
bis. in domo dauid pue
ri sui. Sicut locutus
est per os sanctorum. qui a
seculo sunt prophetarum

eius. Salutem ex in
imicis nostris et de manu
omnium qui oderunt nos.
Ad faciendam misericor
diam cum patribus no
stris. et memorari testa
menti sui sancti. Iusiuran
dum quod iurauit ad
abraam patrem nostrum
daturum se nobis. Ut
sine timore de manu in
imicorum nostrorum liberati

seruiamus illi. In san
ctitate et iustitia coram
ipso omnibus diebus no
stris. Et tu puer pro
pheta altissimi uocabe
ris. preibis enim ante
faciem domini parare
uias eius. Ad dandam
scientiam salutis plebi
eius. in remissionem
peccatorum eorum. Per
uiscera misericordie

dei nostri. in quibus uisi
tauit nos oriens ex al
to. Illuminare hys qui
in tenebris et umbra
mortis sedent. ad diri
gendos pedes nostros in ui
am pacis. Gloria patri.
.an. Beata dei genitrix ma
ria uirgo perpetua templum
domini sacrarium spiritus sancti
sola sine exemplo placuisti
domino nostro yhesu xpo. ora pro

populo interuem pro clero in
tercede pro deuoto femineo sexu
Kyrieleison. Xpel. Kyriel. V.
Domine exaudi orationem me
am. R. Et clamor meus ad
te ueniat. Oratio.

Deus qui de beate marie
uirginis utero
uerbum tuum angelo
nuntiante carnem susci
pere uoluisti. presta sup
plicibus tuis. ut qui ue

re eam

re eam genitricem dei cre
dimus. eius apud te in
tercessionibus adiuuemur.
Per eundem xpm dnm
nrm. R. Amen. A. Sancti
dei omnes intercedere dignemini
pro nra omniumque salute. V.
Letamini in domino et exultate
iusti. R. Et gloriamini omnes
recti corde. Alia oratio.

Protege domine po
pulum tuum et apo

stolorum tuorũ petri
et pauli . et aliorũ apo
stolorum patrocinio ꝯ
fidentem perpetua defẽ
sione conserua . oratio
Omnes sancti tui q̄
sumus domine nos
ubiqꝫ adiuuent . ut dũ
eorum merita recolim⁹
patrocinia sentiam⁹ . or.
Et pacem tuã nr̄is
concede temporibꝫ

et ab ecclesia tua cun
ctam repelle nequitiã
iter actus et volunta
tes nostras . et omniũ
famulorũ tuorum in
salutis tue prosp̄itate
dispone . benefactorib⁹
nostris sempiterna bo
na retribue . et omnib⁹
fidelibꝫ defunctis re
quiem eternam conce
de . Per dominum no

strum yh̄m xp̄m filium
tuum qui tecum uiuit
et regnat in unitate spi
ritus sancti deus per
omnia secula seculorū
℞ Amen. ℣. Domine
exaudi orationem meam.
℞ Et clamor meus ad
te ueniat. ℣. Fidelium ani
me per misericordiam dei re
quiescant in pace. ℞ Amen.
℣. Bñdicam⁹ dño. ℞ Deo grās.

Ad p̄ma℥. ℣.
Deus in adiu
torium meū
intende. ℞ Domine
ad adiuuandum me fe
stina. ℣ Gloria. ymn⁹
Memento salutis
auctor. quod nr̄i
quondam corporis ex il
libata uirgine. nascēdo
formam sumpseris
Maria mater gratie ma

ter misericordie. tu nos
ab hoste protege et in
hora mortis suscipe.
Gloria tibi domine qui
natus es de uirgine cũ
pře et scõ spiritu in sem
piterna secula. Amen.
añt Assumpta est. psalm
Deus in nomine tuo
saluum me fac. et
in uirtute tua iudica
me. Deus exaudi ora

tionem meã. auribus
pcipe uerba oris mei.
Quoniam alieni insur
rexerunt aduersuz me
et fortes quesierũt am
mam meam. et nõ pro
posuerunt deum ante
conspectum suũ. Ecce
enim deus adiuuat me.
et dominus susceptor
est anime mee. Auerte
mala inimicis meis. et

in veritate tua disperde
illos. Voluntarie sacri
ficabo tibi. et confitebor
nomini tuo domine. quõ
bonum est. Quoniam
ex omni tribulatione
eripuisti me. et sup inimicos
inimicos meos despexit ocu
lus meus. Gloria. ps.
Benedixisti domine
terram tuam. avertisti
captivitatem iacob. Re

misisti iniquitatẽ plebis
tue. operuisti omnia pec
cata eorũ. Mitigasti omnem
iram tuam. avertisti ab
ira indignationis tue.
Converte nos deus sa
lutaris noster. et averte
iram tuam a nobis. Num
quid in eternum irasceris
nobis aut extendes iram
tuam a generatione in
generationem. Deus tu

conuersus uiuificabis
nos. et plebs tua letabi
tur in te. Ostende nob
domine misericordiam
tuam. et salutare tuu
da nobis. Audiam qd
loquatur in me domin
deus. qm loquetur pa
cem in plebem suam.
sup scos suos. et in eos
qui conuertunt ad cor
Uerumtamen prope

timentes eum salutare
ipsius ut inhabitet glo
ria in terra nostra. Mi
sericordia et ueritas o
obuiauerut sibi. iustitia
et pax osculate sunt.
Ueritas de terra orta e.
et iustitia de celo prospe
xit. Etenim dominus
dabit benignitatem. et
terra nra dabit fructu
suu. Iustitia ante eu

ambulabit. et ponet in
uia gressus suos. Gloria.
Laudate dominum. ps
Omnes gentes. lauda
te eum omnes populi.
Quoniam confirmata
est super nos misericordia
eius et ueritas domini
manet in eternum. Gloria
patri. an. Assumpta est maria
in celum gaudent angeli lau
dantes benedicunt dominum. cap.

Que est ista que pro
greditur quasi auro
ra consurgens. pulcra
ut luna. electa ut sol. ter
ribilis ut castrorum acies
ordinata. R. Deo gratias.
V. Dignare me laudare te
uirgo sacrata. R. Da michi
uirtutem contra hostes tuos.
Kyriel. Xpe. el. kiriel. V.
Domine exaudi orationem meam
R. Et clamor meus. etc. oratio.

Deus qui virgina
lem aulam bte ma
rie virginis in qua ha
bitares eligere dignatus
es. da quesumus. ut sua
nos defensione munitos
iocundos sue faciat in
teresse comemorationi.
Qui vivis et regnas
in secula seculorum. R
Amen. V. Sancti dei omnes
intercedere dignemini pro no

stra omnium que salute. V. Le
tamini in domino et exultate
iusti. R. Et gloriamini omnes
recti corde. Alia oratio.
Exaudi nos deus
salutaris nr. et apo
stolorum tuorum petri et
pauli. et aliorum apo
stolorum nos tuere presi
diis quorum donasti fide
les esse doctrinis. Oratio
Omnes sancti tui

quesum⁹ domine nos
ubiqȝ adiuuent ut dū
eorum merita recolim⁹
patrocinia sentiamus.

Oro

Da pacem tu
am nr̄is concede
temporib⁹. et ab ecclia
tua cunctam repelle ne
quitiam iter. actus et
uoluntates nr̄as et om
nium famulorū tuorū
in salutis tue prosp[er]itate

dispone. benefactoribus
nostris sempit[er]na bona
retribue. et omnib⁹ fide
libus defunctis requiē
et[er]nam concede. Per do
minū nr̄m ihm xp̄m
filium tuū. qui tecum
uiuit et regnat in unitate
sp̄s sc̄i deus. p[er] oīa secula
seclorū. R. Amē. V. Domine
exaudi. R. Et clamor. V.
Benedicam⁹ domino. R. Deo gr̄s

Ad tertiã. ym. R.
Deus in adiu
torium meũ
intende. R. Domine
ad adiuuandum me
festina. V. Gloria patri. ym.
Memento salutis
auctor quod nostri
quondam corporis ex
illibata uirgine nascẽ
do formam sumpseris
Maria mater gratie mater

misericordie. tu nos ab hoste protege et in hora mortis
suscipe. Gloria tibi domine
qui natus es de uirgine
cum patre et sancto spiritu in
sempiterna secula. amen.
An. Maria uirgo. ps. cxix.
Ad dominum cum
tribularer clama
ui. et exaudiuit me.
Domine libera animã
meã a labiis iniquis

et a lingua dolosa. Quid detur tibi aut quid apponatur tibi ad linguā dolosam. Sagitte potentis acute cum carbonibus desolatoriis. Heu michi quia incolatus meus prolongatus ē habitavi cum habitātibus cedar multum incola fuit anima mea Cum his qui oderunt

pacem

pacem eram pacificus cum loquebar illis impugnabant me gratis. Gloria patri. psalmus.

Levavi oculos meos in montes unde veniet auxilium michi. Auxilium meū a dn̄o qui fecit celum et terraz. Non det in cōmotionez pedem tuum. neqz dormitet qui custodit isrl'

Dominus custodit te dominus protectio tua sup manum dexteram tuam Per diem sol nō uret te. neqz luna p noc tem Dominus custo dit te ab omni malo : custodiat animā tuaz dominus Dominus custodiat introitum tu um et exitum tuum. ex hoc nunc et usqz insecu

lum Gloria pri. Psal.

Letatus sum ī hijs que dicta sunt mi chi. in domum domini ibimus Stantes erāt pedes nri in atrijs tuis yerusalem Ierusalez que hedificatur ut ciui tas. cuius participatio eius in idipm Illuc enim ascenderunt tribus tribꝰ domini testimoniū

ysrael. ad confitendum
nomini domini. Quia
illic sederunt sedes in iu
dicio. sedes sup domum
david. Rogate que ad
pacem sunt ierusalem.
et habundantia diligen
tibus te. Fiat pax in uir
tute tua. et habundãtia
in turribus tuis. Prop
ter fratres meos et pro
ximos meos. loquebar

pacem de te. Propter
domũ domini dei nostri
quesiui bona tibi. Glã
patri. Ant. Maria uirgo
assumpta ẽ ad ethereum tha
lamum inquo rex regum stel
lato sedet solio. Capitulũ
Et sic in syon firmata
sum et in ciuitate sã
ctificata similiter requi
eui et in ierusalem pote
stas mea. ℟. Deo grãs.

℣. Diffusa e gra in labiis tu
is. ℟. Propterea benedixit te
deus in eternum. Kyrieley
son. Xpel. Kyriel. ℣. Domi
ne exaudi orationem meam. ℟.
Et clamor meus ad te veniat.
Oratio
Deus qui sa
lutis eterne beate
marie virginitate fecu
nda humano generi pre
mia prestitisti. tribue
quesumus. ut ipsam p

nobis intercedere sentiam9
per quam meruimus au
ctorem vite suscipere. do
minum nostrum yhesum xpistum
filium tuum. ℟. Amen. An
Sancti dei omnes intercedere di
gnemini pro nostra omniumque sa
lute. ℣. Letamini in domino
et exultate iusti. ℟. Et gloria
mini omnes recti corde. Oratio.
Protege domine populum
tuum. et apostolorum tu

orum petri et pauli. et alio
rum aplorum patrocinio
confitentem perpetua de
fensione conserua. Oro.
Omnes sci tui qs dne
nos ubiqz adiuuet.
ut dum eorum merita
recolimus patrocinia
sentiamus. Alia oratio.
Da pacem tua nris o
cede temporibz. et ab
ecclesia tua cunctam re

pelle nequitiam. iter actus
et uoluntates nras. et oi
um famulorum tuorum i sa
lutis tue prospitate dispo
ne benefactoribz nris sem
piterna bona retribue. et
omnibz fidelibz defunctis
requiem eternam concede.
Per dominum nrm yhm xpm
filium tuum. et c. V. Domine
exaudi. R. Et clamor. V. Be
nedicamus dno. R. Deo gras.

Ad sextam. V.

Deus in adiutorium meum intende. R. Domine ad adiuvandum me festina. V. Gloria. Ps.

Memento salutis auctor quod nostri quondam corporis ex illibata virgine nascendo formam sumpseris Maria mater gratie mater

misericordie. tu nos ab hoste protege et in hora mortis suscipe. Gloria tibi domine qui natus es de virgine cum patre et sancto spiritu in sempiterna secula. amen.

An. In odorem. Ps. Ad.

Ad te levavi oculos meos. qui habitas in celis. Ecce sicut oculi servorum in manibus dominorum suorum

Sicut oculi ancille in
manibus domine sue
ita oculi nr̄i ad dominū
deū nr̄m. donec misere
atur nr̄i Miserere nr̄i
domine miserere nr̄i. qa
multum repleti sumus
despectione Quia mul
tum repleta est anima
nr̄a obprobrium habū
dantibus et despectio
superbis Gloria pr̄i. ps.

Nisi quia dominus
erat in nobis dicat
nunc ysrael. nisi quia
dn̄s erat in nobis Cum ex
surgerent homines i
nos. forte vivos degluti-
sent nos Cum irasce
retur furor eorū in nos.
forsitan aqua obsorbu
isset nos Torrentem
ptransivit anima nr̄a.
forsitan pertransisset ani

ma nostra aquam intol
lerabilem. Benedictus
dominus qui non dedit
nos in captionem den
tibus eorum. Anima
nostra sicut passer erep
ta est de laqueo uenā
tium. Laqueus contri
tus est. et nos liberati
sumus. Adiutorium
nr̄m in nomine domini
qui fecit celum et terrā.

Gloria patri. psalmus.
Qui confidunt in
domino sicut mōs
syon non commouebitur
in eternum qui habitat
in ierusalem. Montes
in circuitu eius et dn̄s
in circuitu populi sui
ex hoc nunc et usq; ī
seculū. Quia nō relin
quet dominus uirgā
peccatorum sup sortem iu

storum. ut non exten
dant iusti ad iniquita
tem manus suas. Bene
fac domine bonis et
rectis corde. Declinā
tes autem in obligatio
nes adducet dñs cum
operantibꝰ iniquitatem
pax sup ysrael. Gloria.
An. In odorem unguentorum
tuorum currimus adolescentu
le dilexerunt te nimis. Cap.

Et radicaui i populo
honorificato et i par
tes dei mei hereditas il
lius et i plenitudine
scõrum detentio mea. ℟.
Deo grãs. ℣. Benedicta
tu in mulieribus. ℟. Et bene
dictus fructus uentris tui. Ky
riel. Xpel. Kyriel. ℣. Dñe ex
audi orõnem meã. ℟. Et cla
mor meus ad te ueiat. Orõ.
Concede misericors

deus fragilitati nostre
presidium. ut qui sancte
dei genitricis memori
am agimus intercessio
nis eius auxilio a nris
iniquitatibus resurgamus.
Per xpm dnm nrm. R
Amen. an. Sancti dei omnes
intercedere dignemini pro nra
omniumque salute. V. Letamini
in domino et exultate iusti. R
Et gloriamini os recti corde. Oro.

Exaudi nos deus sa
lutaris nr et aplo
rum tuorum petri et
pauli. et aliorum apo
stolorum nos tuere pre
sidiis quorum donasti
fideles esse doctrinis. Or
Omnes sci tui qs do
mine nos ubique ad
iuvent. ut dum eorum
merita recolimus patro
cinia sentiamus. orati.

Et pacem tuam nris concede temporibꝰ et ab ecclesia tua cun ctam repelle nequitiam iter actus et uoluntates nostras. et omnium fa mulorum tuorum in sa lutis tue prosperitate di spone benefactoribus nostris sempiterna bo na retribue. et omnibꝰ fidelibus defunctis re

quiem

quiem eternam concede Per dominum nostrũ yhesum xpm filium tu um. qui tecum uiuit et regnat in unitate spiritus sci deus per omnia secu la seculorum. ℟ Am. ℣. Domine exaudi oratio nem meam. ℟ Et clamor meus ad te ueniat. Versus Benedicamus domino. ℟ Deo gratias

Ad nonā. ℣.
Deus in ad
iutoriū me
um intende. ℟. Domine
ad adiuuandum me fe
stina. ℣. Gloria. yn.
Memento salutis
auctor q̄d nostri
quondā corporis exilli
bata uirgine nascendo
formam sumpsisti. Ma
ria mater gr̄e. mr mīe

tu nos ab hoste protege
et in hora mortis susci
pe. Gloria t̄ domine q
natus es de uirgine cū
p̄re et s̄co sp̄u in sempiter
na secula amē. antph.
Dulcia es. Psalmus.
In conuertendo dn̄s
captiuitatem syon
facti sumus sicut con
solati. Tunc repletū
est gaudio os nr̄m. et

lingua nostra exultatio
ne Tunc dicent inter
gentes magnificauit i
dn̄s facere cum eis Ma
gnificauit dominus fa
cere nobiscum. facti sum̄
letantes Conuerte
domine captiuitatē no
stram. sicut torrens in
austro Qui seminat
in lacrimis. in exultati
one metent Euntes

ibant et flebant mitten
tes semina sua Veni
entes autem uenient
cum exultatione portā
tes manipulos suos
Gloria pr̄i. psalmus.
Nisi dominus hedifi
cauerit domum. i
uanum laborauerunt
qui hedificant eam
Nisi dominus custodie
rit ciuitatem. frustra

uigilat qui custodit
eam. Uanum est uo
bis ante lucem surge
re. surgite postquam sede
ritis qui manducatis
panem doloris. Cum
dederit dilectis suis
sompnum ecce heredi
tas domini filii merces
fructus uentris. Si
cut sagipte in manu po
tentis. ita filii excusso

rum. Beatus uir qui
impleuit desiderium
suum ex ipsis non con
fundetur cum loquetur
inimicis suis in porta.
Gloria patri. Psalmus
Beati omnes qui
timent dominum. qui
ambulant in uiis eius.
Labores manuum tua
rum quia manducabis
beatus es et bene tibi

erit. Uxor tua sicut
vitis habundans i la
teribus domus tue. Fi
lij tui sicut novelle oli
varum. in circuitu mē
se tue. Ecce sic bene
dicetur homo qui timet
dominū. Benedicat
tibi dominus ex syon
et videas bona ierusalē
omnibꝫ diebꝫ vite tue
Et videas filios filiorū

tuorum. pacem sup isrl'
Gloria pri. ant. Pulcra
es et decora filia yerusalez
terribilis ut castrorum acies
ordinata. Capitulum.
In plateis sicut cyna
momum et balsamū
aromatiçans odorem
dedi. quasi mirra electa
dedi suavitatem odoris
℟ Deo gr̄as. ℟ Post par
tum virgo inviolata pman

sisti. ℟ Dei genitrix inter
cede pro nob. Kiriel. Xpel.
Kyriel. ℣ Dñe exaudi orõ
nem meã. ℟ Et clam. Or
Famulorum tuorũ
quesumus domine
delictis ignosce. et qui
tibi placere de actibus
nris nõ ualemus geni
tricis filij tui domini no
stri yhu xpi intercessiõe
saluemur. Per eundem

xpm dñm nrm. ℟ Am-
en. Sci dei oms intercedere
dignemini pro nra omniuz
qz salute. ℣. Letamini in
domino et exultate iusti. ℟
Et gloriamini oms recti
Presta q̃ orõ corde.
sumus omnipotẽs
deus. ut nullis nos p
mittas pturbationibus
concuti quos i aposto
lice confessionis petra

solidasti. Alia oratio.

Omnes sci tui qs domine nos ubiq3 adiuvent ut dum eorum merita recolimus patrocinia sentiamus. Orõ.

Et pacem tuam nris concede temporibus et ab ecclesia tua cunctã repelle nequitiam iter actus et voluntates nostras et oium famulor

tuorum in salutis tue psperitate dispone. benefactoribus nris sempiterna bona retribue. et omnibus fidelibus defunctis requiem eternam concede. P dnm nrm ihm xpm filium tuum qui tecu3 vivit et regnat. I C. ℣. Domine exaudi. ℟. Et clamor meus. ℣. Benedicamus domino. ℟. Deo gratias.

Ionespo. ℟.

DEus in adiu
torium meum
intende. ℟. Domine ad
adiuuandum me festi
na. ℣. Gloria pri. an
Dum esset rex. psalmũ
Dixit dominus dño
meo. sede a dextris
meis Donec ponam
inimicos tuos scabellũ
pedum tuorum Uir

gam uirtutis tue emit
tet dominus ex syon
dominare in medio ini
micorum tuorũ Tecu
principium in die uir
tutis tue in splendoribo
sãctorum. ex utero ante
luciferum genui te.
Iuravit dominus et
nõ penitebit eum tu es
sacerdos in eternũ secũ
dum ordinem melchi

sedech Dominus a dex
tris tuis confregit in die
ire sue reges. Iudica
bit in nationibus imple
bit ruinas. conquassa
bit capita in terra mul
torum. De torrente in
via bibit. propterea ex
altauit caput. Gloria
pri. an. Dum esset rex in acu
bitu suo nardus mea dedit
odorem suauitatis. antph.

Leua eius. Psalmus cxii.
Laudate pueri dnm
laudate nomē dñi
Sit nomē domini bene
dictum. ex hoc nunc et
usqz in seculum. A solis
ortu usqz ad occasum
laudabile nomē domini
Excelsus sup omnes
gentes dominus. et sup
celos gloria eius. Quis
sicut dominus deus nr.

qui in altis habitat et
humilia respicit in celo
et in terra. Suscitans
a terra inopem. et de ste
core erigens pauperem.
Ut collocet eum cum
principibus. cum princi
pibus populi sui. Qui
habitare facit sterilem
in domo matrem filiorum
letantem. Gloria patri. a.
Leua eius sub capite meo

et dextera illius amplexabi
tur me. an. Nigra sum. ps.
Letatus sum in his
que dicta sunt mi.
in domum domini ibimus.
Stantes erant pedes
nostri. in atriis tuis ieru
salem. Ierusalem que
edificatur ut ciuitas.
cuius participatio eius
in idipsum. Illuc enim
ascenderunt tribus tri

bus domini testimoni
um ysrael . ad confiten
dum nomini domini .
Quia illic sederunt sedes
in iudicio sedes sup do
mum david . Rogate
que ad pacem sunt ye
rusalem . et habundan
tia diligentibus te . Fi
at pax in virtute tua . et
habundantia in turri
bus tuis . Propter fra

tres

tres meos et proximos
meos . loquebar pacem
de te . Propter domum
domini dei nostri . que
sivi bona tibi . Gloria patri.
.an. Nigra sum sed formosa
filia ierusalem ideo dilexit
me rex et introduxit me in
cubiculum suum . an. Iam
yems transiit . psalmus
Nisi dominus edifi
caverit domum . in va

num laborauerunt q
hedificant eam. Nisi
dominus custodierit
ciuitatem. frustra uigi
lat qui custodit eam.
Uanum est uobis ante
lucem surgere. surgite
postq̃ sederitis : qui
manducatis panem do
loris. Cum dederit di
lectis suis sompnum
ecce hereditas domini

filij merces fructus uẽ
tris. Sicut sagitte in
manu potentis. ita filij
excussorum. Beatus
uir qui impleuit desi
derium suum ex ipsis
non confundetur cum
loquetur inimicis suis
in porta. Gloria p̃ri. a.
Iam yems transijt ymber ha
bijt et recessit surge amica
mea et ueni. a. Speciosa fac

ta es. Psalmus dauit

Lauda ierusalem do
minū. lauda deum
tuum syon Quoniam
confortauit seras porta
rum tuarum. benedixit
filijs tuis in te Qui po
suit fines tuos pacem. et
adipe frumenti satiat te
Qui emittit eloquium
suum terre. velociter cur
rit sermo eius Qui

dat niuem sicut lanam
nebulam sicut cinerem
spargit Mittit cristallū
suam sicut bucellas an
te faciem frigoris eius
quis sustinebit Emit
tet uerbum suum et li
que faciet ea. flabit spi
ritus eius et fluent aque
Qui annunciat uerbū
suum iacob. iusticias et
iudicia sua ysrael Non

fecit taliter omni nati
oni . et iudicia sua non
manifestavit eis. Glo
ria pri . an. Speciosa fa
cta es et suavis in delitijs
tuis sca dei genitrix. Cap.
Ab initio et ante se
cula creata sum . et
usque ad futurum secu
lum non desinam et in
habitatione sca coram
ipo ministravi . R. Deo

gratias. Hympnus.
Ave maris stella .
dei mater alma
atque semper virgo felix
celi porta. Sumens
illud ave gabrielis ore.
funda nos in pace mu
tans eve nomen. Sol
ve vincla reis profer
lumen cecis mala nra
pelle bona cuncta posce
Monstra te esse matrem

summat p te preces qui
pro nobis natus tulit ee
tuus Virgo singula
ris inter omnes mitis.
nos culpis solutos mi
tes fac et castos Vitam
presta puram iter para
tutum. ut videntes ihm
semp colletemur Sit
laus deo pri summo xpo dec
spiritui sco. tribus hono
unus. Amē. V. Diffusa

est gra in labiis tuis. R. Pro
pterea bndixit te deus ietnu.
Ad magnificat. a. Be
ata mater. Canticum
Magnificat anima
mea dnm. Et exl
tavit spiritus meus. in
deo salutari meo. Quia
respexit humilitate an
cille sue. ecce enim ex
hoc beatam me dicent
oms generationes

℟ Et clamor meus ad te veniat. Oratio.

Concede nos famulos tuos quesumus domine deus perpetua mentis et corporis sanitate gaudere. et gloriosa bte marie semp virginis intercessione a presenti liberari tristitia et etna perfrui letitia. Per xpm dnm nrm. ℟ Amen. a.

Sci dei oms intercedere digne mini pro nra omniumqz salute. ℣ Letamini in dno et exultate iusti. ℟ Et gloriamini oms recti corde. Oro

Protege dne ppłm tuum et apostolorum tuorum petri et pauli. et aliorum apostolorū patrocinio confidentem perpetua defensione cōserua. Alia oratio.

Ad complet. ℣. Converte nos deus salutaris noster. ℟. Et averte iram tuam a nobis. ℣. Deus in adiutorium meum intende. ℟. Domine ad adiuvandum me festina. ℣. Gloria patri etc. ℟. Sepe expugnaverunt me a iuventute mea dicat nunc ysrael. Se

pe expugnaverunt me a iuventute mea. Etenim non potuerunt mihi. Supra dorsum meum fabricaverunt peccatores. prolongaverunt iniquitatem suam. Dominus iustus concidet cervices peccatorum. confundantur et convertantur retrorsum omnes qui oderunt syon. Fiant sicut fenum

tectorum quod priusquam
euellatur exaruit. De
quo non implebit ma
num suam qui metet.
et sinum suum qui ma
nipulos colliget. Et
non dixerunt qui pre
teribant. benedictio do
mini sup uos. benedixi
mus uobis in nomine
domini. Gloria patri. ps

De profundis clama

ui ad te domine. domine
exaudi uocem meam.
Fiant aures tue inten
dentes. in uocem depreca
tionis mee. Si iniqui
tates obseruaueris domine.
domine quis sustinebit.
Quia apud te propiti
atio est. et propter legem
tuam sustinui te domi
ne. Sustinuit anima
mea in uerbo eius. spe

rauit anima mea in dño
A custodia matutina
usqꝫ ad noctem speret
ysrael in domino Quia
apud dominū mīa : et
copiosa apud eum redē
ptio Et ipse redimet ys
rael . ex omnibꝫ iniqui
tatibꝫ eius G lia . ps.
Domine non ē exal
tatum cor meū . ne
qꝫ elati sunt oculi mei .

Neqꝫ

Neqꝫ ambulaui in ma
gnis . neqꝫ in mirabilibꝫ
sup me S i non humi
liter sentiebam . set exal
taui animā meā S i
cut ablactatus sup ma
trem suam . ita retributio
in anima mea S peret
ysrael in domino . ex hoc
nunc et usqꝫ in seculū.
G loria pri . Hympnus.
M Emento salutis au

ctor quod iam quondam
corporis excillibata uir
gine nascendo formam
sumpseris. Maria uir
go mater misericordie. tu nos ab
hoste protege et in hora
mortis suscipe. Gloria
tibi domine qui natus es
de uirgine cum patre et
sancto spiritu in sempiterna
secula. R. Amen. Cap.
Ego mater pulcre

dilectionis et timoris
et magnitudinis. et sancte
spei. R. Deo gratias. V. Ora
pro nobis sancta dei genitrix. R.
Vt digni efficiamur pro
missionibus christi. Ad nunc
dimittis. A. Sub tuum presidium.
Nunc dimittis seruum
tuum domine. secun
dum uerbum tuum in
pace. Quia uiderunt
oculi mei salutare tuum

Quē parasti ante faci
em omnium populoꝝ
Lumen ad reuelationē
gentium et gloriam ple
bis tue ysrael Gloria
p̄ri. an. Sub tuum p̄sidiū
confugimus s̄ca dei genitrix.
nr̄as deprecationes ne despi
cias in necessitatib9. sed a pericu
lis cunctis libera nos semp̄
uirgo gloriosa benedicta. ky
rieleyson. xp̄el. kyriel. ℟.

Domine exaudi or̄onem meā.
℟. Et clamor meus ad te.
Beate et glo Or̄o.
riose semp̄ q3 uirgi
nis marie quesumus do
mine deus intercessio glo
riosa nos protegat et ad
uitam p̄ducat eternam.
P̄ xp̄m dn̄m nr̄m. ℟. Amen.
ant. Sancti dei omnes intercedē
dignemini pro nr̄a omniumq3
salute. ℟. Letamini in domino

et exultate iusti. ℞ Et glo
riamini omnes recti corde. Or.

Exaudi nos deus sa
lutaris noster et aposto
lorum tuorum petri et
pauli. et aliorum apostolorum
nos tuere presidiis quo
rum donasti fideles esse
doctrinis. Alia oratio.

Omnes sancti tui que
sumus domine nos
ubique adiuvent. ut dum

eorum merita recolimus
patrocinia sentiamus. Oratio.

Da pacem tuam no
stris concede temporibus
et ab ecclesia tua cuncta
repelle nequitiam. iter ac
tus et voluntates nostras
et omnium famulorum
tuorum in salutis tue
prosperitate dispone. be
nefactoribus nostris sempi
terna bona retribue. et om

nibus fidelibus defun
ctis requiem eternam cō
cede. Per dnm nrm ihm
xpm filium tuum. qui
tecum uiuit et regnat
in unitate sps sci deus.
p omnia secula seculo
rum. ℟. Amen. ℣. Dne
exaudi orōnem meā. ℟. Et
clamor meus ad te ueniat. ℣.
Benedicam9 domino. ℟. Deo
gras. benedictio. Benedicat i

custodiat nos omnipotens et
misericors dominus pater et
filius et spiritus scs. ℟. Amē
Salue regina mīe Ant
uita dulcedo. et spes nra
salue. ad te clamamus exules
filij eue. ad te suspiramus ge
mentes et flentes i hac lacri
marum ualle. eya ergo aduo
cata nra. illos tuos misericor
des oculos ad nos conūte. et yhm
benedictū fructū uentris tui.

nobis post hoc exilium oste
de. O clemens. O pia. O dul
cis uirgo maria. ℟. Ora p
nobis sca dei genitrix. ℟ Ut
digni efficiamur pmissionib' xpi.

Omnipotens sem- Or.
piterne deus qui glo
riose uirginis matris
marie corpus et animam
ut dignum filii tui habi
taculum effici mereret
spiritu sco cohoperante

preparasti. da ut cuius
comemoratione letamur
eius pia intercessione ab
instantibus malis et a
morte ppetua liberemur.
Per eundem xpm dnm no
strum. ℟. Amen. Infra
scripti tres psalmi cum
suis antiphonis dicunt
ad matutinum immedia
te post ymnum die mar
tis et die ueneris. ant.

Specie tua. psalmus

Eructavit cor meū ūbum bonum. dico ego opera mea regi. Lingua mea calam⁹ scribe velociter scribentis. Speciosus forma pre filijs hominū. diffusa ē gratia in labijs tuis propterea benedixit te deus in eternum. Ac

